UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXCV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

titu.& pro hoc facit ꝙ ſupra dixi in regu.13.
5 Limita quinto, non habere locum in hoſpite, qui diuertit, ſed in
eo qui hoſpitium dedit. Vt in l.j.in.§.hoſpes.eod.titu.

REGVLA CXCIIII.

Delictvm non preſumitur. Hanc regul.probat tex.in l.
merito.ff.pro ſocio.vbi habens rem communem cum aliquo, &
vtens, non præſumitur velle interuertere ius alterius, ſed ſimplici-
ter vti iure ſuo, & propterea contra talem non poſſet agi furti actio-
ne, vt ibi dicitur, Circa quam regu. vltra Docto.ibi, vide Iaſ.in
l.qui iuraſſe.in.§.j.nu.8.ff.de iureiur.& in l.ex hoc iure. nu.11.ff.de
iuſti.& iu.& in l.rogaſti.in.§.ſi tibi.ff.ſi cer.peta. Pau.Pariſi.nota-
biliter in c.in preſentia.nu.33.de probatio.
Hanc regu.cum quatuor limitationibus, vbi notabiliter eam de-
clarat, ponit Andr. Alciat.in tract.præſumptio.in 3. regul. præſum-
ptione j.per totam.

REGVLA CXCV.

Deterioratio, ſeu diminutio ſuperueniens in re, de qua
fuit diſpoſitum, non extinguit diſpoſitionem, actionem, vel obliga-
tionem, vt patet in vltimis voluntatibus. Vt in l.ſi ex toto. in prin.
& in l.ſi grege.cum ſeq.& in l.quod in rerum.ff.de lega.j. vbi mi-
nuto grege, vel fundo legato, caſu vel facto teſtatoris durat legat.
facit.l.peculium.in prin.ff.de leg.ij.vbi diminuto peculio vel fami-
lia legata, in reliquo durat relictum.facit l.tabernam.ff.de fundo in-
ſtructo.& in l.pediculis.in.§.penul.& fin.ff.de auro, & argen.leg.
& in l.4.in.§.ſi reddita.ff. commoda. vbi durat obligatio & actio
ex commodato, licet diminuta ſit res, vel deterior facta. & ibi late
per Alber.& Salice.poſt gloſſ.idem patet in re depoſita, vt in l.j.
.§.ſi res.ff.depoſi.
1 Amplia habere locum, ſiue diminutio cauſata ſit a teſtatore, vel
diſponẽte, vt in d.l peculium.in princip.& in d.l.tabernam, ſiue a
caſu. Vt d.l.ſi grege.& in l.Seio.in princip.ſecundũ vnum ſenſum,
incta l. Mæuia.ff.de annu.lega.vbi probatur, ꝙ ſi teſtator mihi le-
gauerit duodecim, vt curam habeam trium filiorum ſuorum, & con-
tingat mori duos, quo ad vnum pro tertia parte durabit legatum. fa-
ciunt poſita ſupra in regu.177.
2 Amplia ſecundo procedere in actione ad exhibendum, quia eſto
ꝙ res exhibeatur diminuta ſeu deteriorata, nihilominus res dici-
tur exhibita. Vt in l.exibitionis.& ibi Bar. C.ad exhiben. ita vt
actio ad exhibendum ceſſet, vt ibi dicitur, dummodo in diuerſa for-
ma non exhibeatur, vt in l.Iulianus.in.§.ſi quis.ff.eod.titu.
3 Amplia tertio procedere in tributo, quod habet certam taxam,
quia ſi prædium fiat ſterile, aliud fertile magis grauatur. Vt notat
in

in l.omne territorium.C.de cēſib.libr.xi.& in l.j.C.de omni agro deſer.eod.lib.

4 Amplia quarto procedere, quandocūque debitum eſt in genere: quia niſi ſoluatur res integra & ſine deterioratione, vel quę perfecte fiat accipientis. debitor non liberatur ab obligatione. Vt in l.ſi ſeruum §.ſed & ſi ſic.ff.de verb.obli.& in l.cum quis.in §.qui hominem.ff.de ſolutio.& ibi Bar.idem Bar.in l.ſi rem.eod.titu.

1 Fallit primo, ſi talis diminutio vel deterioratio extinguat formā rei. Ita tenet Sali.in l.iij.in.§.ſi reddita.ff.cōmo.nu.2.& ibi Alber. idem Alberi.in l.Iulianus.in.§.ſi quis deteriorem. ff. ad exhiben.

2 Limita ſecundo, quando diminutio ſuperueniēs ſit contra ſubſtātialia diſpoſitionis. quia tunc vitiat diſpoſitionem. Vt in l.per ſeruū in §.j.& ibi Bar.& alij.ff.de vſu & habita.

3 Limita tertio, in actione ſtricti iuris, quando quis non proſequitur rem ſuam ſed ſibi debitam: quia non durat prior actio ad rem qua liberatur debitor: ſed actio de dolo datur. Vt in l.alleganter.in §.non ſolum.cum ibi nota.ff.de dolo. & in l. qui ſibi aut Titio.in §.Stichum & ibi Bar.& alij.ff.de ſolutio.notant Cyn.et Bald.in d.l.exhibitionis.C.ad exhibendum.

4 Quarto fallit, niſi diminutio ſit cauſata ex cauſa quæ præcedit obligationē: vel alias ſine culpa vel mora debitoris: vel vbicūque periculum deteriorationis vel diminutionis non ſpectat ad debitorem: iuxta nota.per Barto.in l.neratius.ff.de condi.indebi.& in l.ſi rem.ff.de ſolutio.per Pau.Caſtren.in l.etiam.ff.eo. titu.

5 Quinto fallit, ſi creditor ſimpliciter rem recipiat ſine petitione vel proteſtatione intereſſe, diminutionis, vel deteriorationis. Secundum Bartol.poſt Cin.in l.exhibitionis.nu.7.C.ad exhiben.Alber. in d.§.ſi reddita.nu.4.& ibi doct.idem Alberic.in.§.ſi quis deteriorem.num.6.Bartol.in l.qui ſibi aut Titio.in §.j.& ibi Paul.de Caſ. & in l.etiam.ff.de ſolut.

REGVLA CXCVI.

Dies termini non computatur in termino. Quam regulam probat tex.in l.j.ff.ſi quis cautio.gl.in l.vbi.tex.ff.de reg.iur.et in c.quiſquis.in verbo, ex ea.iiij.quæſt.v.glo.Inn.& Hoſtien.in c.ſuper eo.el ii.de appel.Bar.Alberi. Saly.Ang.Pau.Caſtrē.& Rom. in d.l.j.poſt glo.ibi. Specul.in titu.de citatio.in.§. viſo.nu.17.Ioā. Andr.poſt Hoſtien.in c.ſolet.de ſentent.excom.li. vi. Philip.Frā. in c.quam ſit.de electio.eod.lib.Bal.& Ange.in l.ij.C.de anna.exceptio.idem Bal.in l.ſi ea.num.16.C.qui accuſa.non poſſ.Ioan.de Imol.in l.gallus in princ.ff.de liber.& poſthum.Ancha.et domi.in c.frequens de reſtitu.ſpoliat.Ioan. de Imol.in Clem.ſicut.nu.11.de appella.Idē Imo.in conſi.xi.nu.2.Pau.de Caſt.in cōſi.cccxcviij. nu.1.Chaſſanæ.in cōſue.Burgun.in titu.(des iuſtices.) Rub.j.§. viij.nu.10.fol.82.col.iii.Fel.in.c.j.nu.4.de pręſcript.et in c.ꝙ ad cōſultationem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN